



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1508. usque ad annum 1513

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118456**

§. 55. Fœdus, Papiensis Cardinalis ministerio, Papam inter & Galliarum  
Regem sancitum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66433)

batur. Hic enim tantam sibi apud Venetos fortitudinis, ac bellicæ artis laudem famamque conciliaverat, ut tanti Belliducis salutem Marchionis dispendio longe pluris haberent.

secul. XVI.  
A.C.1509.

§. LV.

*Fœdus, Papiensis Cardinalis ministerio, Papam inter & Galliarum Regem sancitum.*

Interea summus Pontifex magis magisque Venetis favere cæperat, ac de eorum relictis foederatorum partibus, præcipue vero Regis Galliæ, cui alias minus propensus erat, Reipublicæ commodis, utilitatique serviebat, huncque in finem ad Ludovicum ablegabat Cardinalem Papiensem, cujus opera cum Rege ex Francia reduce novum foedus initum est, quo (\*) cautum erat, ut ambo ad tuendas cujusque ditiones mutua suppeditarent auxilia, ac cuilibet liberum esset

Guicc. l. 8.  
Raynald. hæc  
ann. n. 21.

(\*) Raynaldus loc. cit. testatur inter alia sancitum fuisse, Galliarum Regem nullum Principem, nullumve populum Romanæ Ecclesiæ clientem in fidem recepturum. Illud vero pactum Regem violasse, eoquod Ferraviensis patrocinium adversus Papam suscepisset, ex quo tot bella ac schismatis exordia pullulassent.

Sæcul. XVI  
A.C. 1509.

esset cum ceteris Principibus, aut statibus  
foedus sancire, absque tamen alteru-  
trius damno. Præterea consensit Ludo-  
vicus, ut in suis ditionibus ad omnes  
tunc vacantes Episcopatus Papa nomina-  
ret, minime tamen comprehensis im-  
posterum vacaturis, quos Julius haud a-  
liter conferre posset, quam juxta nomi-  
nationem Regis, idque non nisi ad cer-  
tum tempus. (\*) Denique Julius II.  
pollicebatur, quod Episcopum Albiensem  
Cardinalis de Ambasia Nepotem Purpu-  
ratorum collegio adscribere vellet, dum-  
modo ipse ad galerum recipiendum Ro-  
mam accederet; prius tamen Pontifex  
Episcopo nominationis suæ literas mit-  
tebat.

## §. LVI.

*Dissensio Papam inter & Regem de-  
mum sublata.*

*Guicc. ib.*  
*Paris. de*  
*Grass. to 3.*  
*p. 485.*  
*Raynald.*  
*hoc ann. n. 20*

Verum ex hoc ipso articulo de vacan-  
tibus Episcopatibus brevi dissensio  
Papam inter & Regem recruduit. Ad-  
versabatur equidem Gallis Pontifex; nec  
abs re, illi quippe non raro ejus consiliis  
fese

(\*) Hanc conditionem a Pontifice fuisse pro-  
missam, disertis verbis Paris de Grassis loco a  
Continuatore allegato negat.